



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

II. Ad Castitatem conseruandam requiritur mortificatio & accurata sensum, ac præsertim oculorum, custodia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

moriæ insidere: securus vero cum sit, et si peccatum viliū id noa includat (quia in somnis sit) signum nihilominus est, apperitum sensualem haudum penitus debellatum ac subactum esse, neue earum rerum imagines memoriae tabulis erasas. Septimus & vltimus gradus, teste Cassiano, paucorū est, uti Abbatii Sereni, aliorumq; simillium, quibus hanc conferre gratiam Dominus dignatus scilicet, quād ad tantam hominē puritatē peruenit, ut nec vigilans, nec dormiens illos in se motus sentiat, qui ē causis naturalibus habere ortum solent, vsq; eo vt, per gratiæ viam, appetitus plane quietus & pacifice subiectus sit, ita ut natura debilis & infirma, iam tum illius felicitatis & priuilegiorum, quæ in primo innocentia statu habuit, partē sentiat: iuxta illud Apostoli, Ut destruatur corpus peccati.

In his siquidem per Dei gratiam, sua peccato vis & dominium quod habere solet, eripitur, ut iam nullum inordinatum in se motum, neu quid hoc aliquomodo spectans, sentiant, sed perinde in carne vivant, quasi carnem non haberent. Nō id tamen dicere volumus, perfectioni castitatis aduersari, aliquos id genus motus tūm vigilando, tūm dormiendo sentire: hoc namq; naturale est, & etiam viris perfectis posse cōtingere afferit Cassianus: et si hanc non nullis famulis suis Deus gratiam concedat, ut perfectissimum hoc castitatis donum habeant. Alij per Dei gratiam, vix horum quidquam persentiscunt: alijs, si quid oboziatur, statim ita facile ad metis malaciam redeunt, tanquam si nihil occurriisset. Atq; omne hoc est, angelicam puritatem emulari: quod nobis S.P. in Constitutionibus velut scopum præfigit, in quem collimare nos & oculos dirigere oportet: eniendo, inquit, angelicam puritatem imitari. Notanda vero vox eniendo, quia enī non solum significat tantum procurare & laborare simpliciter, sed laborare cum violentia & contentione, vi quadam sibi facta, sicut in rebus arduis & laboriosis frād illas superandas. Docere ergo hic & commōnere nos vult, esse nobis, ut ad angelicam illam puritatem perueniamus, omnian-

mi contentionē & viribus laborandum, & rem hanc alto à principio ducendam, in omnium scilicet virtutum exercitio, maxime in mortificatione, nos exercendo. Nam, et si hoc donari à Deo debeat, & nulla diligentia humana ad hoc satis sit, vultamen Deus, ut, quod à parte nostra huc ipsi conferre possumus, adhibeamus: atque hac demum via isthac nobis Deus donum cūpit elargiri.

C A P V T II.

Ad castitatem conservandam requiritur mortificatio, & accurata sensum, ac præsertim oculorum, custodia.

Cassianus ait, priscorum illorum Patrum opinionem ac sensum fuisse, ut fūrū, potē longo multoq; experimento edocētur, neminem vitium & appetitum hunc carnis & concupiscentiæ posse refranare, & perfecte expurgare, nisi prius omnire mortificare per obedientiam suas dicerit voluntates. S. Basilius quoq; & alij sancti Patres pluribus probant, ad intimam castitatis puritatem perfectionemq; cum obtinendam, tūm conservandā, omnium exercitium virtutum necessario requiri. Illæ omnes quippe huic virtuti ancillantur, adiuuant & custodiunt. Sed quia hac de re toto hoc opere egimus, ac præsertim in parte secunda; idcirco solum hic particularia quēdam, quæ maximo nobis quoad hoc auxilio erunt, prosequemur. Primum vero sit, esse nobis, si castitatis perfectionē & puritatē consequi, eamq; conseruare cūpimus, sensuum, ac præsertim oculorum, portas particulari quadam cura custodiendas. Per has siquidem malum & intēritus in animum ingreditur.

S. Gregorius super illud Iſaiæ, Qui sunt ratiōes, qui ut nubes volant, & quasi columba Iſa 40 ad fenestras suas scribens, ait, ideo iustos nubiū instar dici volare, quod sc̄ à reb. terrenis sustollant, atque ideo in morem columba-

p. 6 Confite.
e. l. §. 1.

lumborum, in fenestris & foraminibus dici
consistere quod egredi cauentes, ad res ex-
teriorum, quae de foris aguntur, per has sen-
sum fenestrarum prospectadas, securi & tuta-
sint ab iis concupiscendis: Qui autem leuitate
quadam ad per has sensum fenestrarum res
mundi contemplandas, foras egreditur,
non raro ab earundem concupiscentia deside-
riisq; ceu turbine quodam transuersum abri-
pi David Propheta, tametsi sanctus, &, nu-
bis instar ad mysteriorum sublimium ac di-
uinorum considerationem euolare assue-
tus, quod semel in videndo non sat cautus
& circumspexit fuerit, a re visa abstractus
& abruptus est. *Ascendit mors per fenestras nostraras* & peccati mors per illas incauto-
rum oculorum fenestrarum ingressa, animam
eius despoliauit, deprædatus est, & occidit.
Iacob. 3.31. Oculum meum depradatus est anima mea.
Vnde S. Gregorius: *Intueri non deceat, quod non licet concupiscere*: quia res visae &
inspectae post se abripiunt, ac cor tuum sub-
rident & prædabuntur: cūq; minus putabis,
captum te & cōprehensum deprehendes.

Hac de causa ita se contra hoc malum
sanctus ille lob premunit, ut de se testa-
tur, *pepigi fadus cum oculis meis, ut ne co-
gitarem quidem de virginie.* Quodnam il-
lud, querit Gregorius, pati genus est, cum intel-
lectu potius & imaginatione hoc non co-
gitandi fædus pangendum est, cum oculis
vero, non videndum. Dicit tamen, *Pepigi
fadus cum oculis, ut ne cogitarem de virgi-
ne*: probe namque norat vir sanctus, per
ostium hoc malas in animum cogitationes intrare: ac, si oculos & sensum suorum
portas bene custodiret, fore ut & cor & in-
tellectus bene custodita essent. Atque ideo
cum oculis suis fædus se pepigisse ait, de
nulla muliere cogitandi. Vnde si & tu ab
inhonestis cogitationib; immunis esse cu-
pis, oculos cautos & honestos habecas opor-
tet, cumque oculis tuis pactum in eas nihil
videndi, quod nefas est concupiscere. S.

Chrysostomus occasione horum verbo-

*rum sic querit, Quis nam miretur ubi vi-
derit magnum hunc virum, qui diabolum
debellavit & confudit, & pedem cum eo ve-*

luti conferens, omnes eius machinas etulit,
& stratagemata subuenit, mulieris vul-
nus non audere intueri? Ut nouerimus, in-
quit, quam necessaria nobis in id genus re-
bus sit circumspetio, quantumlibet p[ro]p[ter]eum &
religiosi simus.

Tria, inquit S. Ephrem, mirifice ad vite-
tutem, & præsertim castitatis munditiem,
comparandam hominem adiuuant; tem-
perantia, silentium, & oculorum custodia.
Et quamvis duo prima obsecres, nisi ocu-
los bene custodias, parum tutæ & firma tua
castitas erit. Nam, sicuti, dum aquæ ductus
& canales fontis alicuius rupti sunt, aqua
eius dispergit & dispergitur: ita, dum oculi
quaquatersum effunduntur, perit castitas.
ta veneno-
Alius sanctus auctor visum mulieris esse
sa. ait ceu sagittam venenosa quadam herba
Antiochus
& cicuta infectam, quæ mox vbi conti-
gerit, ipsum enecat. Et, sicut dum scintilla
Abbacho-
quæpiam in stramenta incidit, nisi quam-
primum extinguitur, sed prospere fini-
tur, mox ingens excitat incendium: ita &
cogitatio mala, & ab incauto hoc conse-
etu causata, nisi suffocetur.

S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus
(vii in vita eius refert Surius) quinqua-
ginta illis & amplius annis, quibus Episco-
patum gessit, tametsi multarum mulierum
confessiones exciperet, multaque negotia,
quæ ad ipsum, non ex Episcopatu solū, sed
& ex aliis multis orbis partibus, ob exi-
miam viri sanctimoniam, refrebantur,
nullam, præterquam vnam ita in facie mu-
lierem conspexit, ut eā exinde nosset, itaq;
nesciebat, iuuenculane ea esset, an anus,
formosane an deformis. Hac autem si ipse
cautela quoad hoc dicebat opus esset: quod
a cognitionibus illicitis cor præmuniri ac
custodiri nequeat, nisi ante oculi custo-
diantur. S. Bernardus quoque ita in hac re
fuisse legitur circumspetus, ut, cū semel leui
ex incuria mulierem quampli intuitus
esset, non aduertens quid ageret, postea, vbi
ad se reflexionem fecit, ita erubuerit & sui
ipsum puduerit, ut hiemali tempore in con-
glaciatum se stagnum vicinū, ad collū vsq;
demerserit, in eoq; rādiū māserit, donec in-
de semianimis & rigidus totus eductus est.

Q. A.